et plenarie incorporando atque subiicendo palam libere, publice, ac per expressum recognovit, Quia ipse Nobilis Strehorum Kulczycki Melchowicz, olim Nobilis Pauli Kulczycki Melchowicz filium, eiusque Posteros de summa Centum Florenorum Polonicalium, sibi Recognoscenti per eundem olim Nobilem Paulum Kulczycki Melchowicz, parentem ipsius coram Actis Terrestribus Premisliensibus feria sexta post Festum Sanctae Agnetis Virginis et Martyris proxima, in Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo ipso modo simplicis debiti inscripta, et super bonis ipsius generaliter omnibus ad solvendum assecurata, nec non et de eadem Inscriptione Debitorea Terrestri Premisliensi omnibusque illius contentis ob praestitam sibi Recognoscenti plenariam et sufficientem satisfactionem summaeque suprascriptae Centum Florenorum Polonicalium, per manus suprascripti Nobilis Strehorum Kulczycki realem et effectualem persolutionem quietat, exuit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronunciat, Inscriptionemque eandem Debitoream cum omnibus illius contentis et conditionibus in toto et per omnia cassat, mortificat et annihilat praesentibus, sibi suisque Posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

4 VII

Feria secunda post Festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae proxima, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo

Terlecki Consorti Reformat 1893

167

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus, Nobilis Andreas Terlecki Szymkowicz, Nobilis olim Stephani Terlecki Szymkowicz, cum Nobili olim Eva Baczynska Consorte ipsius Legitima procreatus Filius, sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Anastasia Berezanska Nobilis Basilii Berezanski, cum Nobili Marina Wysoczanska Consorte eius Legitima procreata Filia, sui vero Recognoscentis Consorti legitimae eiusque Posteris, summam Ducentorum Florenorum Polonicalium ratione verae dotis et expeditionis post ipsam acceptae, et in domum suam importatae, nec non aliam similem summam Ducentorum Florenorum Polonicalium ratione certi, veri, iusti et liquidi dotalitii, in et super tota et integra medietate Bonorum suorum generaliter omnium, haereditariorum et obligatoriorum, mobilium et immobilium, summarumque quarumvis pecuniariarum, nec non auri argenti, clenodiorum, Unionum margaritharum, vestium vestimentorum, stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum pecudum, equorum equitiorum, ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae dedit, dotavit dotalitiavit inscripsit et reformavit, prout dat, dotat, dotalitiat inscribit et reformat praesentibus. Per ipsam Nobilem

Anastasiam Berezanska, sui Recognoscentis Consortem Legitimam, et ipsius Posteros, eandem nichilominus Bonorum suorum generaliter omnium cum vniversis ipsis vtilitatibus et vsufructibus competentiaque et prerogatiua qualibet tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice vtifruendi, ac ad vsus suos, et suorum successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter conuertendi, vigore ac mente aliarum Reformationum fractionis et deuitus in Regno Poloniae observari solitarum.

Terleckie Coniuges mutuam aduitalitatem sibi inscribunt

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis presentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus,
760 Nobiles Andreas Terlecki Symkowicz, Nobilis olim Stephani Terlecki Szymkowicz, cum Nobili olim Eua Baczynska Consorte eius Legitima procreatus filius ab vna, et Anastasia Berezanska, Nobilis Basilij Berezanski cum Nobili Marina Wysoczanska Consorte eius procreata filia partibus ab altera Coniuges legitimi, Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, presenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se, ac Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere, publice ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim, suo pro interesse recognouit, Vera ipsi, et quidem Consors cum eiusdem Mariti sui, et Tutoris Coniugatis personali assistentia et vltroneo ad infrascripta recognoscenda consensu: sibi mutuo et Legitima